



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quid est, Erat?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

piencia, quamvis autem in seipso sit, ut est qualibet res sibi ipsi intima, non tamen hoc dicere attinebat. Quod quamvis non dicatur, necessarium est intelligendum.

### QVAESTIO III.

#### Quid est, Erat?

§. 1. **V**titur hoc argumento contra Arianos S. Athanasius orat. contra omnes hæreses, ut probet Christi diuinitatem sempiternam. *Isis igitur adimpletis, dicit filius tonitru: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & cetera deinceps.* Si ergo per eum omnia facta sunt: nimirum ipse extra ea est quæ facta sunt: resque manifesta sunt, eum in Patre semper fuisse. Miseri profecto Arij, furiosi Iudæi, qui neque recte legunt, neque exacte rem peruestigant, quippe qui obsecratos habeant mentis oculos, arbitantes creatorem & opificem omnium, creaturam esse. Audite hac Euangelista verba: *In principio erat. Quod si dixisset: In principio factus est, haberes quod diceret ex Euangelista, eum factum esse. Excute diligenter verba, & deprehendes veritatem, atque deinde percunctare Euangelistam, & dices: Relege conditum mundi originem, & statim tibi loquatur: In principio fecit Deus cælum & terram: sint igitur ea que non sunt, ut fiant que futura sunt. Erat Deus Verbum apud Patrem, per quem omnia facta sunt. Recte igitur Euangelista dixit: In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce triplicatam hanc vocem, Erat, & neutquam illam alteram, Non erat.*

Et lib. 3. De assumptione Photinum oppugnat. Interrogabo & te, Photine, qui Christum Deum verum abnegas, & hominem purum tantummodo confiteris. Nunquid causa hominis cautum inuenitur: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? Nunquid homo in hoc principio fuit, hominiconita, & non Deus Dei Filius ante omnino principium semper vnâ cum patre fuit?

Et lib. 5. De vniuersa substantia Trinitatis. Sed ad hac p̄fator Euangelista Ioannes dilectus à Deo testatus est: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Considera quia semper erat apud Deum patrem Deus filius, per quem omnino principium factum est. Vnde iam oportet nos paulisper ad stulticia dicta stulte respondere, ut vel sic de sua stultitia reuocati atque confusi, erubescerent. Vtique si erat pater antequam generaret filium, sine dubio non erat pater, si non habebat filium. Sed ne vel hoc præsumant blasphemantes: Erat filius antequam nasceretur, qui si natus non fuerat, euidenter non erat filius. Stulte, quid ergo oportet dicere? Elige tibi vnum de duobus: Si erat pater antequam generaret filium, aut erat pater qui iam vere generat filium: Vel si hoc significas: Erat filius antequam nasceretur, aut erat natus filius, qui iam vere natus fuerat de patre, sicut scriptum est: *Qui erat, & qui est, & qui venturus est.* Ideo non intelligis, Ariane, quia tota falsa introducis: ut dicas Patrem qui non genuerat, & nomines filium, qui necdum fuerat natus. Rogo si pater erat, ut asseueras, qui non genuerat, & filius erat, qui non erat natus à Patre, quæro à te quid tunc fecerint? Ne forte dicas, ambo ingeniti, quod absit. Verum Patrem sempiternum, Verus filius declarat sempiternus, qui de eo natus fuerat, & verum filium sempiternum, verus demonstrat pater sempiternus, qui cum genuerat, ac per hoc ut dixi, sicut verus pater, qui de semetipso genuerat filium, vnâ cum eo erat semper ante omnia anterior, sic verus filius, qui iam inenarrabiliter natus fuerat de

patre, vna cum eo fuit semper, ante omnia anterior. Hac Natus de est, inquam, in his interior sempiternitas, que ante omne patre sempiternum principium sui, & erat. Ideo nunquam pater sine se per cum filio, quia semper filius fuit cum patre dum nullo modo potest pater. ter hic dici sine filio.

Hoc ergo telum est inuictum contra nouitiam Arianorum sobolem, Seruetum, aliosque.

§. 2. Porro verbum Erat, seu *ἦν*, indicat, iam tum cum Deus initio mundum crearet fuisse. Interdum noster vertit, Fuit, i. Ioan. 1. 1. nam solet *ἦν* pro præterito interdum sumi. Monet autem Basiliius, Cyrillus l. 1. in Ioan. c. 1. Verbum Erat *ἦν* perennitatem significare minus vltimate fuisse, ut illud.

Fuit illum.

Exodi cap. 3. vers. 14. dicitur, *Ego sum, qui sum.* Quocirca non fuisse, aut futurus dicitur, sunt enim temporis differentia, ut Nazianzenus orat. 2. de Pascha, & Theodor. lib. 2. de curandis Græcorum affectionibus. Hoc vero ita intelligendum est, ut sciamus posse de Deo illa tempora enunciari, sed non ad vnum eum restringi, ut Basiliius de Spiritu sancto ca. 6. docet. Quin etiam gentiles verbo *εἶμι*, vel *εἶ*, Græci.

*sum* vel *es*, aternitatem signabant, ut habet Plutarchus libello de hære scripto, & inscripto apud Delphos erat. *εἶ es*, quæ ex Moise sumpta esse nihil dubito. Licet in eo sit *Ero*, Augustini. de diuersis serm. Erat, signū

24. *Quid quæris quid ante te erat? In principio erat Verbum. Si factum esset verbum, (non est enim factum per quod facta sunt omnia.) Scriptura diceret, In principio fecit Deus verbum, quomodo dixit in Genesi, In principio fecit Deus cælum & terram. Non ergo in principio fecit Deus Verbum: quia in principio erat Verbum. Hoc Verbum quod in principio erat, ubi erat: Sequere. Et verbum erat apud Deum. Non igitur factum est Verbum quia dicitur Erat.*

Quomodo fuerit sermo, & quo sensu acute exponit Tertullian. aduersus Praxean. cap. 5. Sed quia duos vnum volunt esse, ut idem pater & filius habeatur, oportet & totum de filio examinare, an sit, & qui sit, & quomodo sit: & ita res ipsa formam suam scripturis & interpretationibus earum patrocinantibus vindicabit. Añunt quidem & Genesim in Hebraico ita incipere: *In principio Deus fecit sibi filium.* Hoc ut firmum non sit, alia me argumenta deducunt ab ipsa Dei dispositione, qua fuit ante mundi constitutionem, adusque filij generationem. Ante omnia enim Deus erat solus, ipse sibi & mundus & locus & omnia. Solus autem, quia nihil aliud extrinsecus præter illum. Ceterum ne tunc quidem solus: habebat enim se. λόγος cum, quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. ratio. Rationalis enim Deus, & ratio in ipso prius: & ita ab ipso omnia. Quæ ratio, sensus ipsius est, hanc Græci λόγος dicunt, quo vocabulo etiam sermonem appellamus. Ideoque iam in vsu est nostrorum per simplicitatem interpretationis, sermonem dicere in primordio apud Deum fuisse, cum magis rationem competat antiquiorem haberi: quia non sermone à principio, sed rationalis Deus etiam ante principium: & quia ipse quoque sermo ratione consistens, priorem eam ut substantiam suam ostendat. Tamen & sic, nihil interest. Nam etsi Deus nondum sermonem suum Dei ratio miserat, proinde eum cum ipsa & in ipsa ratione intra semet-ipsam habebat, tacite cogitando & disponendo secum, qua p̄sum. per sermonem mox erat dicturus. Cum ratione enim sua cogitans atque disponens sermonem, eam efficiebat, quam sermone tractabat. Idque quo facilius intelligas ex reipso, à me recognosce, ut ex imagine & similitudine Dei, quo habeas & tu in temetipso rationem, qui es animal rationale, à rationali scilicet artifice non tantum factus, sed etiam ex substantia ipsius animatus. Vide cum tacitus tecum ipse congrederis ratione, hoc ipsum agi intra te, occurrente eâ tibi cum sermone ad omnem cogitatus tui motum, & ad omnem sensus tui pulsam. Quodcumque cogitaueris,

cogitaueris, sermo est, quodcumque senseris, ratio est. Vide eundem c. 13.

Q V A E S T I O I V.

Quid Verbum?

Verbum est Dei filius.

Verbum immutabiliter a Deo procedit.

Dei verbum imperfecte ca-

§. 1. **Γ**ραϕὲ λόγου dicitur, quod Verbum, rationē definitioem, orationem significat. Quodnam ex his praecipue designet, magna est difficultas. Constat quidem Dei filium appellari verbum; neque id multi hereticorum negauerunt; Nam quod verbum ille vocauit, idem etiam, vnigenitum, & verbum carofactum dixit. Sic 1. Epist. c. 1. 1. & c. 5. 7. & Apoc. 13 Sed qua λόγος, aut verbi significatione ita dicatur, quaestio est.

Prima interpretatio, ideo λόγος vocari, quod a Deo ἀπαύτως, & sine vlla mutatione procedat, sicut cognitio & intellectio ex animo. Basiliius hom. in Ioan. Nazianzenus orat. 4. Theolog. Ambrosii. l. 1. de fide cap. 2. Aug. l. 7. de Trin. c. 1. Chryf. hom. 2.

Hinc filius est patris perfecta similitudo, sine motu procedens, & ideo patri consubstantialis. Necessarium porro est verbum procedere ex omni & tota cognitione Dei: alioqui enim esset imperfectum, parte scilicet cognitionis genitum.

§. 2. Quod Porphyrius blasphematur verbum non dici proptie, nec enim mentale esse, nec etiam prolatum, facile soluitur ex Basilio in c. 1. Ioannis initio. Nos quidem verbum ex rebus notis & vulgaribus dicimus, quae suos habent defectus atque imperfectiones, in Deo tamen omnia sunt bona vere proptie & vt aiunt formaliter sunt, in quibus nulla imperfectio includitur. Verbum enim genitum est, sine mutatione, inceptioe, vel sui vel generantis. Aretas in 19. Apoc.

Secunda. Quod verbum Deo patri inimum sit, vt intellectui sua notitia. Ita Nazianz. & Basiliius.

Tertia, quod definitionis instar naturam patris exprimat, ita enim vocatur splendor gloriae. Heb. 1. 3.

Quarta, quod omnia complectatur, quasi quaedam definitio. Nazianz. Elias Cretensis, Victorinus.

Quinta Quod nobis paternae voluntatis sit interpret, & verbo Dei obtemperantes faciat. Origenes lib. 1. in Ioannem, Clemens Alexandrinus orat. ad gentes.

Sexta. Quod sit res realis & existens, hoc enim **ῥῆμα** dicitur, Hebraeis significat. ita Cyrill. Catech. 11. ἐγέννησέν ὁ πατήρ τὸν υἱόν, ἕχων ὡς ἐν ἀνθρώποις γεννᾷ νότον λόγον. ὁ μὲν γὰρ νότος ἐν ἡμῖν ἐνσπύσματος ἐστίν, ὁ δὲ λόγος, λαλήθησθε, καὶ εἰς αἴσθησιν διακρυφθεῖς, ὑπάλλοιται. ἡμεῖς δὲ ὄσων μὲν τὸν χεῖρον γεννηθέντα, λόγον οὐ προφορικόν. ἀλλὰ λόγον ἐνυπόστατον ζῶντα. οὐ χεῖρον δὲ ἀληθινόν. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. ἐν δεξιᾷ καθέζετο μετὰ τὸν πατέρα τῶν πατέρων τὸ βούλημα, ἢ δημιουργῶν τὰ πάντα τὰ ἐκείνη νεύματα. λόγος ὁ καταβάς, καὶ ἀναβάς. ὁ γὰρ προφορικῶς λαλήθησθε. ἢ καταβαίνει, ἢ ἀναβαίνει. λόγος ἐξουσιαστικός, καὶ βασιλευίων τῶν πάντων. πάντα γὰρ τῶν υἱῶν πατρὸς ἐδέδωκεν ὁ πατήρ. ἐγέννησεν τοῖνυν αὐτόν, ἢ ἕτως ὡς ἀντις νοσητεῖν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ὡς αἰδὲν αὐτὸς μόνος, ἕχων γὰρ τὸ πᾶς ἐγέννησεν ἐπεὶ ἐπαγγελόμεθα ἀλλὰ τὸ ἕχων ἕτως διαβεβαιώμεθα. Genuit pater filium, non sicut in hominibus mens generat Verbum. Mens enim subsistens in nobis est: Verbum autem prolatum, & dissolutum, sed ex patre perpetuo, ineffabili modo & in subsistentia natum. In principio enim erat verbum, in dextra sedens, Verbum intelligens patris voluntatem, & illius nutu omnia gubernans. Verbum quod descendit & ascendit: nam illud quod enunciando profertur, non descendit, neque ascendit. Verbum loquens & dicens: Qua videt apud patrem meum, hac loquitur.

Verbum potens, & imperans omnibus: omnia enim filio tradidit pater. Genuit igitur ipsum pater, non ita vt aliqui intellexerit, sed vt ipse solus nouit. Neque enim quomodo generit, dicere promittimus: sed quod non ita genuerit, confirmamus.

Septima. Ideo filium dici verbum, quod patris sit cognitio. Ita plerique auctores, quos Maldonatus citat.

§. 3. Syrus interpres vertit **מלתה** melletha, estque notandum Chaldaeorum paraphrasen frequenter vti verbi nomine, cum de Deo agit. Haec interpretationes omnes suo modo ad mylterium altissimum inrellgendum adiuuant, quamuis nonnullae proptie non sint. Vsitatum in Ecclesia Iudaeorum certe fuit, vt Deus verbum vocaretur.

Obseruandum porro pro voce **מלתה** quod essentiam, seu Erat, ideoque diuinitatem maxime significat, Chaldaeorum ponere crebro **מיתמר** meimar Verbum, superstitione, quod nomen iudicarent **איון** aionem, quod ineffabile, quocirca etiam Rabini ponere nomen sic Christo Psal. 109. dedit hoc nomen, Dixit Dominus verbo suo: Idcirco Ioannem vtitata phrasi vsu putant.

§. 4. Rationem non ita proprie dici docet S. Augustinus l. 83. q. 9. c. 63. quod illa processionem minus quam verbum designet, & sit illa quoque in eo qui nihil actu intelligit.

§. 5. Tertull. Apolog. c. 21. Processionem hunc in modum describit. Iam ediximus Deum vniuersitatem hanc mundi verbo & ratione & virtute molitum. Apud istos quoque sapientes λόγος, id est sermonem atque rationem, constat artificem videri vniuersitatis. Hunc enim Zeno determinat facultatorem, qui cuncta in dispositione formauerit, eundem & satum vocari, & Deum & animum totius, & necessitatem omnium rerum. Hac Cleanthes in spiritu congruit, quem permeatorem vniuersitatis affirmat: & nec etiam sermoni atque rationi, itemque virtuti, per qua omnia meliorum Deum ediximus, propriam substantiam spiritum inscribimus, cui & sermo insit pronuncianti, & ratio ad sit ponenti, & virtus praeferenti. Hunc ex Deo prolatum edicimus, & prolatione generatum, & idcirco filium Dei & Deum dictum ex vniuersitate substantia: nam & Deus spiritus. Etiam cum radius ex sole porrigitur portio ex summa, sed sol erit in radio, quia solus est radius, nec separatur substantia, sed extenditur. Ita de spiritu spiritus, & de Deo Deus, vt lumen de lumine accensum, manet integra & indefecta materia matrix, & si plures inde tradues qualitates mutuerit: ita & quod de Deo profectum est, Deus est & Dei filius, & vnus & abo. Ita de spiritu spiritus, & de Deo Deus modulo alterum numerum gradu non statim fecit, & a matrice non recessit, sed recessit.

Iustinus ex Orpheo testimonium producit, Cyprianus de vanitate Idol. rationem & sermonem vocat.

Hoc quoque Tertullianus monuit Apol. cap. 11. Huius igitur gratia disciplinaeque arbiter & magister, illuminator atque deductor generis humani filius Dei annunciatus est, non quidem ita genitus, vt erubescat in filij nomine, cum non de patris semine non de sororis incesto, non de stupro filia, aut coniugis aliena Deum patrem passus est; sicut amatum aut ornatum aut plumatum amatorem aut in auro conuersum Deum dicitur. Iouis ista sunt, & numina vestra. Ceterum Dei filius nulla de vniuersitate habet matrem, etiam quam videtur habere non nupserat. Sed prius substantiam edisseram, ita natiuitatis qualitas intelligitur.

\*\*